



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Fridolinus C. 6. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

152 VITÆ SANCTORUM. 6. Mar.
Numinis sibi inesse, fueruntque mali
dæmones ludus CONONI. Certè pro
imperio suo in illos, alios agris custo
des addidit, alios testis clausos terrâ ab
didit, & orbe terrarum vel mirante ve
ridente, ædes inædificavit pessimis fun
damentis. Ex Menæis.

Eides vivida & catholica est, quæ velut
quoddam æternitatis exemplar præterita
simul & præsentia & futura finu quodam
vastissimo comprehendit; ut nihil ei præ
tercat, nihil pereat, nihil præeat. S. Bern.
serm. 6. de Vig. Nat. Christ.

S. FRIDOLINUS C. 6. Mar.

F Elices exules, qui ut patriam quæ
rant, exeunt patriâ! His FRIDOLI
num jure accenseas. Hibernus domo ex
primâ nobilitate, tunc gentilitia decora
se aucturum credidit, si superstitionem
espugnatum iret, patriamque fidem ex
tra patriam proferret. Igitur fidei signa
Rauracis aliisque Rheni accolis intulit,
& rebelles nuper cælo animos longè
plurimos debellavit. Sub hæc visum est
rei Christianæ tutandæ munitionem
cœnobium exædificare. Id, quod hodie
videmus, Sæckingense est, cui condon
do Ursus vir apprimè nobilis patrimo
nium suum devovit. At invidia etiam
hic cælo divitias suas invidit. Doluit fra
ter Ursi Landulphus in hereditatem pa
ternam

6. Mart. VITÆ SANCTORUM. 153
ternam secum Deum venire, & homo,
fratre demortuo, ausus est Deo sua
cripere. Magis FRIDOLINUS indo-
luit; &, quia testis è vivis nemo unus
suppetebat, ad mortuos provocavit. Au-
dit in tumulo Ursus, prodit & cum
FRIDOLINO millia passuum V. Ranc-
kurchium (ibi enim fortè jus Prætor di-
cebat) contendit, testis utique omni ex-
ceptione major. Nempe minimè place-
re Landulpho judicio cum morte con-
tendere; ultrò etiam suam portionem
heredi Deo cedere, & assēm jam pro-
mittere, qui semifsem nuper negaverat.
Quid ad ista vos, quibus hodie hereditate
sua cælum excludere familiare jam
est imò vos, quid? qui donatam à Ma-
joribus vestris creptum iterum itis. Ad
illos, ad mortuos inquam provocant sa-
cra & sacri homines. Non surgunt, di-
ctis? at timete. Surgent. Ex vita.

Considera quām multi nunc moriuntur,
quibus si una hora ad pœnitentiam conce-
deretur, quæ tibi concessa est, quomodo per
Altaria & quām festinanter tamdiu
suspirarent, donec peccatorum veniam à
Deo consequi mererentur. S. Bern. l. de
Int. Dom. c. i.

S. COLETAU. 6. Marty.

COLETA in vivis jam ea spectacula
meruit, quæ puris mentibus CHRIS-
TUS

K 5

STUS